1415.
8

ELEGIA

IN OBITUM

Celsissimi, Potentissimi, Illustrissimiq; Principis,

HENRICI

Ducis de Beaufort

Marcionis & Comitis *Vigorniæ*: Comitis *Glamorgan*: Dom Herbert de *Ragland*, *Chepstow*, & *Gowre*. Dom. Præsidis *VValliæ*: Dom. Vicarij Comitatus *Gloceſtriæ*, *Herefordiæ*, *Monmouth* & *Bristoliæ*: Custodis Regiæ forestiæ de Dean Constabularij Casteli de Sancto *Brevil*: Socij & Equitis Nobilissimi Ordinis *Periscellidis*, Regiæ Majestati a *Secretioribus Concilijs* & Generosi de Cubiculo, *&c.* Qui ex hac vita emigravit *Jan.* 20. die. Anno 1699. Ætatis, 70. & honorifice Sepultus fuit in Castello de *Windsor*.

A. Jos. Perkins.

Tendimus huc omnes: Hæc est Domus ultima —— *Ovid.*

Bristoliæ, Excudebat *G. Bonny*. 1701.

W. Musgrave.

Celsiss

H

Du

S Tem
Ce
Quid Ti
Quid
"Pallida
Stram
Exequias
Vanu
Illius occ
Dum
Noſtraq
Ah!

ELEGIA

IN OBITUM

Celsissimi, Potentissimi, Illustrissimiq; Principis,

HENRICI

Ducis de Beaufort &c.

STemmata quid faciunt? Quid prodest sanguine longo — Juven
Censeri, & clari si numerentur Avi?
Quid Tituli centum prosunt? quid mille Pyropi?
Quid Sceptrum Reges, quid Diadema juvat?
"Pallida Mors æquo pulsat pede Pauperis Antrum — Horat
Stramineum, & summos, Regia Tecta, Lares.
Exequias canimus Generosi Herois, & Umbras:
Vanuit (heu!) Patriæ, Gloria magna suæ!
Illius occasu, tenebris obvolvimur atris:
Dum vixit, lætum reddidit Ille Diem.
Nostraq; Nox lachrymis, ut sparso Rore, madescit:
Ah! refugit nostrum Stella Serena Polum.

Phosphore clare, vale: tua molliter Offa quieſcant:
Cantabunt laudes Secula ſera tuas.
Exuis & Gemmas, & veſtibus exuis * Aſtrum
Nec Cruta. ut quondam † *cærula Zona* ligat.
Ah! tua *Stella* cadit! ſed Te jam *Cærulus Æther*
Excipit, & cæli *Sydus* in Orbe *micas*.
Flumina cum Sylvis, & dulcia Rura relinquis:
Ah! plorant fatum Stagna Lacuſq; tuum.
Teq; tui *Montes*, tua Te *Vivaria* plangunt:
Cervorum tondent paſcua nulla Greges,
Excuſſere ſuas Nemoroſa Cacumina *Frondes*:
Quocunq; aſpicias, triſtis *Eremus* erat.
Condiderat *mæſtos* Tellus velamine vultus:
Et ſterilis nullo Flore virebat Humus.
Tempeſtas Anni *triſtiſſima*, *Bruma Niveſa*,
Cum *Flos* hic raptus *Nobilitatis erat*.
Cratibus incluſæ (fama eſt) periere *Volucres*:
Et *Letho*, *Mortem* condoluere tuam.
Jam *ſilet* omne Nemus: tantum *Nocturna Minervæ*
Funebri Sylvas voce fatigat *Avis*.
Vir Magnus bello; Nullo expugnabilis Hoſte;
Ah! vicit *Fortem* Mors violenta *Virum*!
De *Duce* jam victo ducit Libitina Triumphos:
* *Caſtelliq*; jacent Mænia rupta Solo.
Exuit ardentes *Generoſa DUCISSA* Smaragdos:
Nec redolet comptis Nardus odora Comis.
Exuit intextum tunicis Regalibus Aurum:
Et jam funebri languida Veſte ſedet.
Et refugit ſubito pulchrum Roſa verna Labellum:
Et Matronales immaduere Genæ.
Illa nihil fertur vidiſſe dolentius unquam
Funera poſt † *Patris* Sanguinolenta ſui.
Fontibus ex ipſis lachrymæ fluitare videntur:
Cum ſtrepitu *inſolitas* ejaculantur *aquas*.
Atria tota *ſilent*: *Ater* tegit omnia *Pannus*:
Cultorem deflent ipſa *Sacella* ſuum.

* Urbs

* *Urbs vicina* tuum ploravit languida fatum:
Funus *Nobilitas*: *Anglia* tota tuum!
CumFeretrum, flammasq; tuas & Funera narro,
Non *tua* sed *Patriæ* Damna dolenda cano.
Reddit hic *Regi* quæ *Cæsaris*, & sua cuiq;
Debita, quæq; *Dei*, reddidit ille *Deo*.
Cumq; manus conata fuit scelerata † *Gigantum*
Anglorum Regni pellere ab Arce *Jovem*:
* Pontibus avulsis obstantes reppulit Hostes,
Ne violet † *Sanctam* Pes scelleratus Humum.
Incolit † hos, (ut fama refert) *Deus ipse* recessus:
Tu *Genius* sacri, *Dux Generose*, loci.
Portas *Brissoliæ* firmari jusserat omnes:
Agger, Castellum, Murus ahenus erat!
Mox, cum Belga ferox rapido violentior Amne
Obruerat ripas, Anglia mæsta, tuas,
Cuncta trahens secum: celsæ cecidere Columnæ:
Versaq; sunt gelido languida Corda metu;
Palluit hic nullis * belli terroribus *Heros*,
Et stetit æquoreis *Rupis* ad instar aquis.
Cum contra *Patrem* Patriæ tulit arma Satelles,
Expulit & *Regem* barbara Turba Suum:
Non *Unctum* contra *Dominum* fera bella movebat,
Nunquam *Regáli Sanguine* tinctus erat.
Urbe procul, tenuit securos † Rure recessus:
Illic, tranquillæ *Regia* Pompa Domus.
Regis ad exemplum, propria *Regnavit* in Aula:
Hic nemo rixas, jurgia nemo movet.
Servorumq; Gregi *Leges* & *jura* ferebat:
Fungitur officijs, ordine quisq; suis.
Hæc Domus observat rectum celebranda *Decorum*:
Nam mista est nunquam *Casta Sabina* viris.
Illum quaq; die certum est coluisse Jehovam:
Nobilis, & vere *Relligiosus* erat.

* Bri
vel Glo

† Rebe
in Conjur
Ducis de
mouth.
* Ponte
somiensi
†Comi
Gloceſtri

* alias I

† Badm
ton

Et Pius in Reges; † *Mutari Neſcius*: Expers
Fraudis, & (audaci Corde) *timoris* erat.
Cui fuit incoctum generoſo Pectus honeſto:
Illic non Technæ, non latuere Doli,
" *Cum bona pârs Procerum, tacitâ litavit acerrâ,*
Nobilis hic Regis, cultor *apertus* erat.
Ferventes *Belli* ſtuduit Sedere Tumultus:
Illi *Pax* Patriæ maxima Cura fuit,
Cum *Bellona* ferox, latum turbaverat Orbem,
Hic Dux tranquilla *Pace* beatus erat.
Tympana non rumpunt placidum Nocturna ſoporem:
Hæc ſecura Domus Claſſica nulla timet.
Et cum Patricio maduerunt Caſtra cruore,
Cum contra Reges arma tulere ſuos:
Pectore *Caſtelli* firmata Repagula veſtro;
Et *Titulo* mens eſt pene reperta tuo.
Exornant noſtros & *Dux* & *Epiſcopus* orbes:
Et Domino & Regi fidus uterq; ſuo.
Non procul * Urbe † Domus Domino digniſſima Structa,
Fluminis in Ripa, Nobile ſurgit Opus.
Huc ubi Dux quondam * *Sacrato Rure* veniret,
Ut Ferrugineæ † Fonte bibantur Aquæ:
Concurrunt Proceres auratis Curribus omnes:
Chelſea Nobilium mille petita Rotis.
Te quoq; *Magnates* læti comitantur ad Undas:
Heroes inter, *Principis* inſtar eras,
Cunctaq; Tu quocunq; venis *jubilare* videntur:
Et quæ preſſa tua Terra beata Rota eſt.
" *Solibus hybernis, æſtivâ gratior Aurâ!*
Te Sylvæ incolumi, Te, Nemus omne viret.
Omnia *ridebant* " Poſtquam Te fata tulerunt
Fugerunt Agros *Pana*; Paleſq; ſuos.
Claudite, Pierides, funebres claudite luctus,
Et Tumulum ſuavi ſpargite flore pium.

EPITAPHIUM

Angulus hic Templi, Generosi continet Ossa
Magnatis: Mentem *Sydera summa piam.*
Magnanimum *Brevis Urna* Ducem *tenet:* Inclytus Heros
Defuncto hanc Celebrem Corpore fecit Humum.

FINIS.

MVSEVM
BRITAN
NICVM